

Collega spectabilis!

Somna a me desiderata diu quam obtinuisse
infi-dira illa atque exitialis inundatio ad finem
Martii totum qua late patet hortum incredibili
revera modo devassasset. Plumen nempe novam sibi
per hortum parare tendens alveum, post avulsam
omnium murorum, hortum versus meridiem et ori-
entem circumdantium, ad altitudinem ii pedum
Domum quam habito, nec non frigidaria, caldaria
et pulvillas omnes plus minus aqua replevit, mit-
lenas plantas nec non herbarium horti ex integro
disturbavit, areas pro parte omni terra fertili
exavit, ruinas murorum et lapidibus replevit
et omnia limo fastidioso alte tecta reliquit,
arbori et fruticis nec non copiam plantarum perennium
radicibus evulsit aut diffregit atque hac ratione
horto detrimentum vix estimabile paravit.

Omnes itaque conatus nuni intendere necesse
erat etque ut hortus, quantum fieri licet, in
statum convenientem restitueretur, quod vero
omne nostrum ita exigit tempus ut impar
sem tibi gain hoc mense plantas vires
a me postulas transmittere, quod quidem
nec suadendum esset, quum apud nostris regionibus

ad medium usque Mayi thermometer Recamurianum
veris matutinis saepe superius gradus aliquod frigoris
ostendit indicat, quod quidem plantis praecipue
Calendo et Germando sumptis nascere debet. Si vero
missis plantarum arvarum post medium Mayi Tibi non
conveniet fac quaeſo ut me certiorum de hoc
reddas.

Indicem plantarum, quas hortus Patavinus alit
hortus noster vero adhuc non habet, me ad quodam
invenies, seligas ex his enumeratis quaeſo illas
quae mihi hac vice communicare vis.

Vale et fave

Tuo

Devotissimo amico

V. P. Hosteletzky

Pragae die 22 Aprilis 1845

837.46
577.34
658.23
1126.82
3199.90